



**R. P. Antonii De Escobar Et Mendoza, Vallisoletani,
Societatis Iesv Theologi, Vniversæ Theologiæ Moralis,
Receptiores Absqve Lite Sententiæ nec-non
Problematicæ Disquisitiones ... Volumen ...**

Ivstitia Et, Ivs. Sex Libris totidem Tractatus appono, nempe de rerum
Dominio, de Restitutione, de Contractibus Gratuitis, de Contractibus
Onerosis, de Contractibus Fortunæ, de Contractibus Adminicularis, de
Quasi-Contractibus, & nonnullis Innominatis

Escobar y Mendoza, Antonio de
Lugduni, 1663

Sectio I. De Contractibus gratuiti receptiores sine lite sententiæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80681](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80681)

LIBER XXXVIII.

CONTRACTVS GRATVITI.

CVM volum. 1. de contractibus in communi differuerimus de contractibus in particulari inchoanda tractatio. In primis verò agendum de Gratuitis, siue lucrativis, qui simpliciores sunt, ac faciliores. Sunt autem quinque: Depositum, Donatio, Commodatum, Precarium, ac Mutuum. Vbi de Usura, Testamentis, ac Codicillis materia elucidantur.

SECTIO PRIMA.

De contractibus Gratuitis Receptiores sine lite Sententiæ.

CAPVT I.

De Deposito.

1
Deposit
definitio

DEPOSITVM est contractus? Quo sola rei custodia alteri committitur, ut ipsa res integra restituantur. In hoc contractu non transferitur dominium, neque ususfructus in depositarium; sed sola rei custodia ei committitur: unde ex hoc differt à mutuo, & à commodato. Vlpianus lib. prim. ff. depositi. Reginaldus l. 25. numer. 556. Sylvest. v. Depositum, num. prim. Lessius lib. secund. cap. 27. dubio primo.

2
In triplici
casu potest
depositarius
bona fide existimare,
domino id non dis-
plicere. Tercius, quando depositum est res usu
consumptibilis, & depositarius certus est, se,
cum depositum repetatur, paratum habiturum
tantumdem eiusdem mensuræ, ac bonitatis.
Extra hos casus depositum alienans, furtum
committit, & ad restitutionem damni tenebitur.
l. si seculum, ff. depositi. Laym. lib. tertio
sect. 5. v. alt. 4. cap. 25. num. 3. Manu. tom. prim.
sum. c. 72. n. 6.

3
Duplex est
Indiciale
& Præiudiciale
Duplex est Depositum, quoddam Indiciale, quoddam Præiudiciale, Indiciale est, cum res aliqua litigiosa sub hac conditione depositario traditur, (vocatür sequestrum) ut eam custodiat, & retineat, donec ex litis decisione constet, cuiusnam cum suis fructibus debeat. Præiudiciale verò est, quod simpliciter sit custodia gratia apud quemcumque privatum, de cuius fidelitate confidimus. lege licet, ff. depositi. Garzias de controuers. cap. secund. numer. 3. Azor. tom. tertio lib. 7. cap. 7. quæst. 7. Molina. tom. 2. de iustit. disputat. 526. & 522.

Possunt esse depositarii omnes tam masculi, quam foeminae, qui rationis usu pollent. Si Omnes pupillus sine tutoris autoritate depositum suscipiat, licet res repeti, seu vindicari possit illa pereunte, non amplius obligatur pupillus quam unde ditior est factus: Religiosus haud rectè facit, si munus depositarii suscipit absque prælati facultate: tamen Monasterium non tenebitur, si res deposita etiam dolo Religiosi perit, vel absumpta fuerit, nisi quoties in eius utilitatem aliquid verum fuerit. Idem dixerit de Ecclesia respectu beneficiarii. Quando autem Ecclesia, aut Monasterium depositum suscipit, v. gr. Prælatus cum capituli consensu, tunc sicut alij depositarii obligabitur. Bonacin. de contr. d. 3. q. 14. pun. 2. Azor. parte tertia lib. 2. capite tertio Lessius lib. secund. capite 27. dub. 3. num. 12. Filliuc. tract. 34. c. 1. n. 8. Sylvest. v. Depositum numer. 3. & 4.

5
Res, quæ deponuntur, vel sunt mobiles vt vestis, Liber, &c. vel se mouentes, vt Quammos, equus, &c. Potrò res mobiles, aut sunt res ordinarij usu consumptibiles, vel non. Consumptibiles res deponantur vt pecunia, vel alia res in mensura, aut in pondere consistentes, vinum nempe, frumentum, æs, plumbum; vsu non consumptibiles sunt libri, arma, vestes, &c. Pecunia vero vel est numerata, vel non numerata, sed obsignata, clausæ sacculo, & deponitur, vt eadem numero reddatur, vel vt alia eiusdem speciei, & in æstimatione, vsuque æqualis, Azor. parte tertia lib. septimo cap. 4. Lessius l. secund. cap. 27. dub. 1. numer. tertio Molina 10. secund. d. 522. Sylvest. v. Depositum.

6
Ad quatuor obligatur depositarius ex depositi contractu. Primo, rem apud se depositam custodire ea fide, ac cura, qua res assoler suas, tuor obligatur. Secundo, regulariter rem depositam reddere tur depositarius ex tur. Tercio, rem depositam reddere in eo statu depositi in quo eam suscepit. Quarto, non potest vt contractu.

EL SCOBAR
Theob. Mor.
Tom. VII. II.
E. IV.

Sectio II. De Contract. Gratuitis. 97

quia non sunt domini ob paupertatis votum. *Lessius lib. secund. cap. 18. dub. 11. m. 82. Fil. line astract. 34. num. 47. & 48. Diana parte quinta. r. 8. resol. 13. 1. Azorius tom. prim. l. 2. cap. 11. q. 135.*

Regularium superiores non possunt donare ad viros profanos, vt locupletandos contiguitos, ambiendas dignitates, fovendam libidinem: & qui ab eis acceperint, ad restitutionem tenentur, quia sunt tantum administratores. Moderate vero possunt donare pro ratione administrationis cum subditis Religiosis, cum etiam externis ad fovendam benevolentiam, &c. In morte tamen nihil legare possunt absque expressa summi Praesulis licentia. Possunt tamen & debent de superfluis Ministerij, imo de non superfluis elemosynas facere prudentis arbitrio. Molina de cont. d. 276. Lessius l. 2. cap. 18. dub. 11. n. 83. Filiuc. r. 34. num. 50. Officiales autem inferiores Monasterij, vt procurator, cellarius, ac similes possunt facere elemosynas iuxta regulam & consuetudinem, aut iuxta superiorum voluntatem rationabiliter praesumptam. Religiosi vero subditi in Monasterio degentes non possunt donare vel ad causas pias nisi ex consensu Praetorum expresso, vel tacito. Qui autem causa studiorum, vel negotiorum extra Monasterium degunt, possunt facere elemosynas, aliasque impensas minutas, quas viuis receptis habet, nullatenus tamen ad res illicitas. Nauar. comment. 2. de Regular. n. 9. Mol. ubi sup. Syluest. v. Religio. 6. q. 7. dicto 2. Diana p. 5. r. 8. resol. 32.

Fur & raptor donare non possunt res furto acquisite. Quia harum rerum dominium non habent. Similiter qui non est solvendo creditoribus. Nec ille cuius bona fisco sunt addicta, post sententiam condemnatoriam criminis l. 1. 2. & 3. ff. de donat. c. Donatio, de donat. Sanch. de mat. l. 6. d. 1. n. 1.

Donatio patris in filium legitimum, nondum emancipatum regulariter iure communi est invalida, ita vt pro patris arbitrio reuocari possit. Quia filius dum adest sub patris potestate pro vna persona in iure reputatur, sicut autem nullus potest sibi donare, ita nec pater filios. In aliquibus autem casibus donatio valet. Primum si aliquid detur in dotem, vel ad matrimonium. Secundo, si titulo remunerationis ob accepta obsequia. Tercio, quando pater filio remittit usufructum, quem in illius bonis aduentitiis habet. Quarto, quando donat bona mobilia filio ad castra eunti. Quinto, quando valet donatio inter coniuges, valet etiam parentis in filium l. vlt. Cod. de imp. Filiuc. r. 34. num. 107. & 108. Az. p. 3. l. 1. c. 19. q. 1. Si v. Donat. numero 13.

Filius autem emancipatus potest donare patri, si viginti annos excedat. Quia est tunc sui iuris, & alienare potest: & praecipue in his casibus. Si habeat peculium castrense vel quasi. Si habeat donatum à Principe. Si habeat peculium aduentitium in quo usufructus patri non est iure prohibitus habet liberam administrationem Reginal. l. 2. s. numer. 157. ex c. Constitutus, de integra. rest. Mol. de contr. d. 242.

Donatio inter viros, quia quis donat alicui omnia bona sua tam futura, quam praesentia, iure communi est invalida. Quia per huiusmodi donationem auferretur potestas testandi, quod leges prohibent. Si tamen haec donatio

fieret causa mortis, vel bonorum tantum praesentium, valida esset. Quia per eam non adimit quis sibi potestatem de futuris bonis testandi. In duobus tamen casibus iure Canonico donatio inter viros omnium bonorum praesentium, ac futurorum est valida. Primus est, quando fit Ecclesiae, vel in aliquam piam causam. Quia ius civile non potest pietatis officia, & consilia Evangelica impedire. Secundus, si donatio iuramento confirmetur. Quia iuramentum accedens contractui alias invalido robur addit, illumque confirmat, modo contra bonos mores naturales existat. Equidem si omnium bonorum donatio praesentium, ac futurorum fieret inter fratres, vel ex causa onerosa à patre pro coniugio contrahendo à filio, vel filia, valida esset. l. stipulatio hoc modo, ff. de verb. obligat. Couar. rubr. de testam. par. 1. secund. n. 8. & 13. Laym. lib. 3. r. 4. capite. 12. numero. 16. Caramu. l. 2. Theol. moral. 613.

Donatio excedens quingentos solidos, seu 700. vel 750. nummos aureos Hispanicos invalida est, quoad excessum, nisi fiat cum insinuatione. Nomine autem insinuationis intelligitur simplex mentis donantis declaratio, qua iudici in scriptis fateatur, se libere tantam summam alteri donare. Non vero requiritur causa cognitio, nec iudicis decretum, sed sufficit ipsius praesentia. l. penult. C. de donat. sub finem. Iuli. Clar. §. donatio, q. 15. & 16. Azor. p. 3. l. 1. c. 6. Caram. l. 2. Theol. Mor. n. 675. In aliquibus tamen casibus valida est huiusmodi donatio sine insinuatione. Primum, si iuramento confirmetur. Secundo si fiat ad captiuorum redemptionem. Tercio, si ad reparationem cladum, incendio, vel ruina destructarum. Quarto, cum magister militum dat militi mobilia, quantumvis pretiosa. Quinto, quando donatio est obsequiorum remuneratio. Sexto, cum quis renunciat bonis, vel iuribus speratis, nondum obtentis. Septimo, cum fit donatio causae piae, quia secularis Princeps non potest legem condere in salutis animarum detrimentum. Mol. de contr. d. 279. n. 9. & 13. Go. r. 2. variat. c. 4. n. 10. Clar. l. 4. sen. §. donatio, q. 17. Caramu. Theol. mor. l. 2. n. 665.

Donatio inter viros, id est illa, quae fit sine mortis respectu, & cum sic quis donat, vt etiam se viro velit rem absolute esse alterius, non potest rescindi, ac reuocari ad donantis arbitrium nisi in tribus casibus. Primum, quatenus sit acceptata, & res sit tradita potest reuocari ob donatarii ingratitude, puta, si iniurias atroces in donatorem effuderit, si impias intulerit manus, si iacturam nolentis bonis eius attulerit periculum, si inopia pressus non aluerit, vel non implevit conditiones in donatione appositas. l. senatus, §. 4. ff. de mortis causa don. Azor. p. 3. l. 1. c. 8. q. 1. Filiuc. r. 34. n. 127. Bonac. de contr. d. 3. q. 13. pun. vltim. Caramu. l. 2. Theol. mor. n. 680. Secundo, rescinditur ipso iure ratione susceptionis proles legitima non praecognita. Quia praesumitur fuisse facta donatio sub tacita conditione, nisi filij donatori nascerentur. Et quidem si extraneo donatio facta sit, tota reuocatur: si autem alicui ascendentium, v. gratia, patri, aui, vel Ecclesiae, aut piae causae, reuocatur solum quoad legitimas filiorum postea susceptorum: donatarius tamen non tenetur restituere superuenientibus filiis,

inter viros omnium bonorum.

inter viros omnium bonorum.

22 Donatio excedens quingentos solidos invalida est quoad excessum, nisi fiat cum insinuatione.

23 De donatione inter viros, quae quidam tribus casibus potest reuocari.

H. SCOBAR
Theol. Mor.
Tom. VII. II.
E. IV.

antequam res donata à donatore repetatur, quamdiu enim non repetitur, praesumitur potest condonari Multo minus tenetur reddere fructus perceptos ante aduentum filiorum: illorum enim est verus Dominus *lege si unquam Cod. de reuoc. donat. Conar. 1. variarum. c. 19. Molina de contr. d. 283. num. prim. Gomez de cist. 40. filine. tr. 34. num. 132. Clat. q. 22. n. 4.* Tertio reuocari potest, quando est inofficiosa, id est, quando pater tantum donat, vt non reuocatur quantum postulat legitima portio filiorum, & idcirco est contra officium pietatis paternae in filios. Hinc si haec donatio facta sit alicui ex filiis, reuocatur solum vsque ad aliorum legitimam, si vero extraneo animo fraudandi heredes nullis bonis relictis filiis, reuocatur solum quoad legitimam filiorum. Quod si Ecclesia, vel pia causa facta est, solum vsque ad portiones filiorum legitimas reuocatur Adnoto tamen huiusmodi inofficiosam donationem reuocari à liberis non posse, nisi post parentis obitum; quia tunc primum legitima filiis debetur *l. 1. C. de inoffic. donat. Azor. parte tertia l. 11. c. 8. q. 6. Conar. 1. variar. cap. 19. Lessi. l. 2. c. 18. n. 112.*

24 De don. - Donatio vero causa mortis est, cum quis sit tem: & ideo vt talis sit debet fieri ob mortis sa mortis periculum, vel cogitationem. At huiusmodi donatio potest ob tres causas reuocari. Primum, si que toridè expressè vel implicite praeniteat donatorem, pro caris valeat. arbitrio enim donatori haec donatio vsque ad mortem, sicut testamentum, & legatum, potest reuocari. Secundò si donator dedit intuitu aliquis periculi instantis, ex quo periculo euasit, censetur tacite donatio reuocata. Tertio, si donatarius moriatur ante donatorem, ipso iure reuocata est. Secus est de donatione inter vivos, quae morte donatarii non extinguitur si sit acceptata, sed ad heredes transit, quamuis sit conditionata donatio, vel in diem. In dubio autem, an donatio sit causa mortis, nisi facta sit causa mortis, vel inter vivos, donatio inter vivos est indicanda, quia non est indicanda donatio causa mortis, nisi facta mentio mortis, quamuis tempore agnitionis sit facta *l. Qui mortis causa donat. Molina de contr. d. 287. n. 15. & d. 286. n. 10. Azor. p. 3. l. 11. cap. 1. q. 4. Clat. §. donat. q. 4. Caram. l. 2. Theol. mor. n. 682*

CAPVT III.

De Commodato.

25 Commodatum est alicuius rei ad solum usum gratuita concessio. Dicitur. Commodati definitio. Alienus rei, ad indicandam commodat materiam, per quam distinguitur à mutuo, quia commodati materia est non quouis res, sed quae vsu non consumitur, siue sit immobilis vt domus siue mobili vt liber: siue se mouens, vt equus; mutui autem materia est res vsu consumptibilis. Dicitur, Ad solum usum, in quo commodatum differt à pignore, & deposito, quorum vsus non conceditur. Dicitur denique, Gratuita, quia si merces intergeniat, erit locatio, aut contra-

ctus innominatus, do, vt des vel do, vt facias. *Instit. lib. tertio titul. 15. paragrapho item is. Layman. lib. tertio tractat. quart. cap. 14. Sylui. 2. 2. q. 77. Lessius lib. secund. cap. 27. dub. 1. n. 4. Syluest. v. Comm. odatum.*

Commodatum ex parte contrahentium diuiditur: nam fieri potest in bonum tantum commodatarii, quod frequens est, vel in bonum tantum commodatoris: vel in bonum vtriusque. Profecto ex commodato habet commodatarius quinquē obligationes. Prima est, vt re commodata vti non possit, nisi ad id, ad quod est commodata. Secunda, vt debeat commodatum restituere tempore praefinito. Tertia, vt eandem rem numero reddere teneatur. Quarta, vt reddat rem commodatam non factam sua culpa deteriore. Quinta, vt debeat rem seruare ea cura & diligentia, quae propria bona aseruari solent. *Reginal. l. 25. n. 470. & 471. Syluest. v. Commodat. Filliuc. tr. 34. n. 176. Bonac. de contr. d. 3. q. 16. p. m. vni.*

Quando commodatum fit in gratiam tantum commodantis, commodatarius non nisi de dolo, aut culpa lata, quae dolo equiparatur, tenetur si res pereat, aut deterior fiat, si autem commodatum fiat in ipsiusmet commodatarii gratiam, tenetur de dolo, & omni culpa etiam leuissima. Si denum in gratiam vtriusque, vt si res commodata sint vasa ad excipiendum hospitio communem amicum vtriusque nomine, tenetur commodatarius de culpa lata, & leui, non de leuissima. Haec autem vera sunt, spectata contractus natura: si tamen aliter conuenit, standum erit pacto *l. si vt certo, §. sed interdum ff. commodati. Nauar. sum. c. 17. n. 184. Becanus de res. q. 48. n. n. 8. 9. & 10.*

Non tenetur commodatarius de casu fortuito, nisi contrarium deductum sit in pactum: vel vltus fuerit re commodata aliter, quam sibi concessa sit: aut nisi illius mora reddendi talis casus euenierit. Tamen si res commodata eodem modo peritura erat, quamuis commodatarius in mora non fuisset, aut vltus non esset aliter quam sibi concessa erat, ipse non teneretur ad illius restitutionem, sed solum ad affirmationem, lucrum cessantis, aut damnum, quod domino emerisset ob talem moram. *unic. de commodato. Reginal. l. 25. n. 9. ex Syluest. Lessi. l. 2. c. 7. d. 8. n. 36. & 37.*

In periculo incendij, naufragij hostilis irruptionis commodatarius potest res suas, quae sunt pretiosiores rebus commodatis, depositis, conditis, oppignoratis praeferre, vt eas saluare possit si vtrique nequeat. Quia nemo tenetur damnum maius subire, vt alterius damnum minus auerteret. Si tamē res aliena erat apud te in tuum solius commodum, quamuis ex decentia, & gratitudine tenearis alteri interitum rei suae tuus ex rebus compensare: probabile tamen satis est te non teneri. Quia res illa absque tua culpa deperit, ac proinde perit domino. *Angel. v. Commodatum. Mol. de contr. d. 296. Lessi. l. 2. c. 27. n. 23.*

Quando res commodata pretiosior est, tenetur commodatarius eam praeferre suis rebus, viliioribus, eamque, his relictis, saluare. Quia deposito, commodato, pignori, locato ea debetur custodia, quam quisque prudens suis rebus adhiberet. At si res illa erat apud eum illius duntaxat commodi causa, non potest exigere compensationem pro rebus suis, secus si causa solummodo alterius, vel

Secl. I. de Contractus Gratuitis, 99

vel utriusque apud illam erat. Quia tunc non teneatur cū proprio damno eam incolumem aliterare. Lay. l. 3. tr. 4. c. 7. n. 7. Lel. l. 2. c. 27. n. 29.

Quando vero res tua & alterius sunt æquales, si res resles, rem tuam potest præferre, si res alterius, est apud te solum alterius, vel in commune commodum tui solus, teneris præferre rem alienam camque, tua relicta, saluare nec ille tibi compensa-
sationem debet. Azor. 10. 3. l. 7. c. 7. q. 6. Mell. l. 2. c. 27. n. 29.

Quid si res duobus fuit commodata? Certè quando res ille solus damnum præstabit, cuius dolo, aut culpa deperit. Si neuter culpa caruit, in solidum uterque obligatur; sed postquam vnus totum vterque obligatur; sed postquam vnus totum ex pacto se obligant ad eam fortuitum rei commodatæ, locatæ, vel depositæ, re pereunte, singuli tantum pro parte tenentur, nisi expresse conuentum sit, si ut certo, si duob. 2. commodati. Mol. 10. 2. d. 297. fin.

Potest commodatarius à commodante impensas maiores, seu extraordinarias, repetere, quas circa rem commodatam sine sua culpa facere debuit. v. g. in equi curationem; modica autem expensas impendit, sicuti & cibarium ad commodatarium spectat. l. in rebus. §. postsum. ff. commodati. Reginald. l. 2. §. n. 582.

Commodatum potest repeti ante tempus præscriptum ob par incommodum vel d. in modum vitandum commodatarij. Quia commodator non censetur, talem euentum voluisse comprehendere, nec sine fide eo rogatus fuisset, expresse negatui repetit. Lopez. l. 2. de contr. c. 34. Nauar. sum. c. 17. n. 282. Mol. 10. 2. d. 294. Angel. v. Commodati. n. 4.

CAPVT IV.

De Precario.

PRECARIUM est quod precibus petenti conceditur tamdiu, quamdiu ei, qui patitur, id est, non reuocauerit. Constituit hic contractus in eius rebus, in quibus commodatum potest enim precario concedi res mobilis, res immobilis, & res se mouens. Iura etiam seruitutis tū Vrbane, tū rusticæ dari possunt. l. 1. ff. de precar. Azor. parte tertia l. 7. cap. primo Caram. lib. secund. Theol. mor. n. 685. Lessius lib. 2. c. 27. dub. 1. n. 4. Laym. l. 3. tr. 4. cap. 14.

Ad contractus precarij substantiam pertinet primò consensus dantis ac recipientis. Secundò traditio, in ea enim perficitur. Tertio, ut id qui dat precario, possit reposcere rem datam quādo voluerit, & in hoc commodatum datur ad certum tempus expressum, vel tacitum. precariū non ita. Attamen non potest statim reuocari, nisi aliqua rationabilis causa superueniat: alioquin dolo in concedente præsumeretur; imo pactum, ne is, qui dedit, possit repetere ante certum tempus, & nullum, quia est contra substantiam, ac naturam precarij, nec contraria consuetudo quicquam potest efficere. possessio autem ciuili rei precario datæ apud dominium illius manet, naturalis verò est penes accipientem. Potest precarium etiam inter absentes constitui, dummodo res tradatur. Filliuc. Escob. & Mend. Theol. Moral. Tom. V.

tr. 34 p. 1. n. 197. & 198. Nauar. sum. c. 17. num. 182. Reginaldus lib. 23. num. 480. l. & habet §. cum quis, ff. de prec. & l. Precaria, ff. de precar.

Qui precario accipit, & habet, solum tenetur ex dolo & lata culpa, non autem ex leuissima. Quia licet in contractibus, qui solum sunt causa recipientis, obligetur is, qui accipit, ex leuissima etiam culpa, ab hac tamen regula generali excipitur precarium; quoniam & si solum sit ad accipientis utilitatem, potest tamen ad eius, qui dedit, nutum reuocari. l. contrarius, ff. de reg. iur. Syluest. v. Precarium, q. 2. Azor. p. 3. l. 7. c. 2. Laym. l. 3. tr. 4. c. 14. n. 15.

Quatuor modis precarium finitur. Primo, obitu eius, cui datum est. Quia est beneficium in personam eius, qui accipit, collatum. Secundo voluntate eius, qui concessit. Tertio, finito tempore, ad quod est res precario data. Quarto, quando is, qui concessit, rem precario datam alienauit: tunc enim n. si voluntate noui domini res maneat penes eum, qui ab initio precarium possidebat, id finitur, ac soluitur. Couar. l. 3. variat. c. 15. n. 1. 2. 3. Molin. 10. 2. d. 298. Bonac. de contr. d. q. 15. Laym. l. 3. tr. 4. c. 14. n. 5.

Cum precarium conceditur non ad tempus definitum, censetur concessum quouique non reuocetur, ac pœniteat concedentem; unde adhuc ut finitur, necesse est reuocari per contrarium actum concedentis. Quando verò ad tempus certum, necessarius est idem actus contrarius, ut ante id tempus cesset. Quando autem conceditur aliquid ad beneplacitum concedentis, tunc finitur concedentis obitu, absolute tamen loquendo, precarium non finitur morte concedentis; quia precarium datur, ut ab eo utatur is, qui accipit, donec voluntatem reuocauerit, qui concessit; sed voluntas reuocata obitu non censetur. l. 2. §. 1. ff. de precario, Couar. l. 3. variat. c. 15. n. 2. Filliuc. tr. 34. n. 202. & 203. Molina 10. 2. d. 298. n. 8.

Ex precario simpliciter absolute concessio nulla ciuili actio oritur, quia repetatur, sed tantum reposcitur interdicto de precario, ex dato autem precario expressa conditione, ut reddetur, quando repeteret is, qui dedit, oritur actio quæ dicitur *Præscriptis verbis*, quæ ciuili est, sed innominata. Quod si datum sit ex stipulatione, tunc repetitur actio ciuili, quæ dicitur. Ex stipulatione. l. interduum, ff. de precar. l. & habet §. tum non qui ff. de prec. Azor. p. 3. l. 7. c. 3. q. 2.

CAPVT V.

De Testamento.

TESTAMENTUM est voluntatis nostre iuxta sententia de eo, quod post mortem fieri volumus, cum directæ hæredis institutione. Differt à Codicillo in duobus. Primo, quod Codicillus non fit ad constitutionem hæredis, sed ad mutandum aliquid, ut ad legata, si de iure commissum faciendum. Secundò, quod ad illud sufficiant quinque testes, etiam si rogati non sint, & possunt etiam esse mulieres, ad testamentum autem requiruntur

36
Qui precario accipit, tenetur ex culpa lata, non ex leuissima.

73
Quatuor modis precarium finitur.

38
Quid quando conceditur ad rebus definitum & quando non conceditur ad definitum tempus, tum finitur concedentis obitu?

39
Quando nam ex precario ciuili actio oritur, quando?

40
Testamenti definitio.

requiruntur septem rogati mares, & puberes, lib. 1. ff. de testam. Mol. tom. 1. d. 124. Sylvest. v. Testamentum, 1. n. 11. Fill. tr. 3. q. 4. c. 14. Reginal. l. 2. §. n. 621.

41
Testamen-
tum du-
plex clas-
sum &
nuncupati-
um. Quin-
que requi-
runtur ad
clausum.

Testamentum est duplex vnum in scriptis seu clausum, eo, quod testator latere velit; quod in eo coartetur. Alterum dicitur Nuncupatum, eo, quod testator sine scriptura coram testibus declaret; quid post obitum fieri velit, & ob id alio-
solet testamentum Apertum vocitari. Ad testa-
mentum in scriptis seu clausum quinque requi-
runtur. Primum, ut conficiatur scriptura, & claudatur, in quo contineatur testatoris voluntas. Secundum, ut septem testes adhibeantur mares libere, & puberes ad id rogati. Tertium, ut coram illis vno eodemque tempore dicat testator, illud esse suum testamentum, idque propria manu subscribat: si possit, sin minus adhibeat octauum testem, qui loco eius illud subscribat. Quartum, ut eo in tempore illud subscribat septem illi testes suosque vel alio annulo firmet. Quintum, ut haereditas non sit subscripta, l. hac consulti-
fima. C. de testa. quor. de test. c. cum esset. S. v. Testamentum. n. 6. Va. q. de testam. c. 1. §. 4. n. 14. Et 15. Mol. to. 1. d. 125. §. 126. de contr. d. 3. q. 17. p. 1.

42
Duo ad
nuncupati-
um requi-
runtur.

Ad testamentum nuncupatum seu apertum duo requiruntur. Primum, septem testes modo dicto. Secundum, debent hi audire testatoris voluntatem vel scrip. a. vel voce prolatam, subscri-
ptio autem, & sigillum non sunt necessaria. Præ-
terea, ut sit validum, debet absolui, nec sufficit, quod ceptum sit. l. Hac consulti-
fima, C. de testa. §. per nuncupat.

43
De testa-
mento mi-
litari.

Ad testamentum militare intenteris factum requiruntur, ac sufficiunt duo testes rogati, & hoc testamentum sustinetur per annum post iustam missionem, seu recessum ab exercitu, la-
p. 6. vero anno non sustinetur. Quod si miles à castris aufugiat, hoc privilegio non gaudet, in poenā enim fugae privilegij militari-
bus, priuatur. Ad testamentum vero in hostiū confectum factum, nulla iuris solemnitas requiritur sed satis est, ut miles suam scripserit voluntatem in clypeo, vagina, vel re alia proprio sanguine, & eius manus duobus testibus etiam non rogatis probetur. l. Miles. C. de test. milit. l. Descriptorem. ff. de re mil. §. 8.

44
De testa-
mento ad
pias causas.

Ut testamentum ad pias causas sit validum etiam in foro externo, non requiruntur solēitates iuris civilis, sed sufficiunt ea, quae sunt iuris gentium, nempe ut duo testes adfuerint. In foro autem conscientiae non sunt necessarij, sufficit enim, ut sit potestas in disponente, capacitas in eo; in cuius fauorem disponitur, & in dispositione libertas, C. Relatum 1. de test. Coua. de test. c. 11. n. 9. Clar. §. Testamentum. q. 6. n. 1. Fill. tr. 3. q. 4. n. 153. & 154. Porro relicta ad pias causas dicitur, si quid Ecclesiae, vel monasterio relinquatur, hospitali, confraternitatibus, pauperibus, viduis, pro anima, pro captiuorum redemptione, pro alimentis, pro dote virginis, pro publica utilitate, refectione pontium, viarum, &c. Denique ad piam causam relictum esse dixerim, quod meretrici datur, ut ad frugem redeat meliorem. Lege Diamant part. 7. tr. 6. resolut. 29. & 30.

45
De testa-
mento ad
causas non
pias.

Testamentum ad causam non piam sine solemnitatibus iuris in foro conscientiae est validum, in externo minime. Validum quidem est in foro interno, quia ex testamento minus solemniter oritur obligatio naturalis, unde licite

retinetur, quod ex tali possidet testamentum, sine titulo hereditatis sine legatu; & haeres ab intestato tenetur in foro animae restituere hereditatem, vel legatum ei, qui sic est institutus, & sciat voluntatem defuncti fuisse, ut haeres, vel legatarius haberet, quod si dubius sit, debet componere cum illo pro debiti ratione. Imo haeres ab intestato posset cogi in foro externo restituere hereditatem instituto in minus solemni testamento, si fateatur voluntatem testatoris fuisse, ut alteri traderetur, vel nolle iurare, oblatio ei iuramento, in hoc tamen casu esset detrahenda Trebellanica idest, quarta pars hereditatis Clar. §. Testamentum. q. 90. n. 1. Mol. to. 1. d. 81. Lel. l. 2. c. 19. dub. 3. Fill. tr. 3. q. 4. c. 7. q. 4. Sylu. v. Hereditas 3. q. 7.

Quilibet (nisi prohibeatur) testari potest, modo sufficientem rationis usum habeat, & liberā Qui possunt, bonorum administrationem: Testari non possunt, qui iuris dispositione prohibentur, neque qui sint testari. v. rationis carent, & furiosus, qui lucida non habet interualla, l. Furiosus, C. Qui usum facere non possunt. Sordus simul, & mutus à nativitate testari non potest ad causas profanas, nisi Principis privilegio factus sit habilis ad testandum, l. Discreti C. re. eodem. Qui non potest articulare loqui, ut haereditas expr. mere queat, l. Inubimus, C. de testam. In pubes, idest, masculus ante annum decimum quartum expletum, & femina ante expletum annum duodecimum, leg. vltim. Cod. de testament. milit. filiusfamilias, si tamen pubes sit, potest testari de bonis castrensibus, vel quasi: idem dicendum de filia, haec enim quādiu sub patris potestate existit, non potest de dote aduentitia testari. Clar. libro tertio sent. §. Testamentum. questione 18. prodigus, cui prohibita est bonorum administratio, quāuis testamentum ipsius conditum, antequam prodigus fieret, validum sit, l. Inubimus. Quibus non est permis. facere testamentum. §. prodigus. Qui commiserunt aliquod crimen, cui iure annexa est poena, qua ipso facto sunt intestabiles; ut qui Cardinalē hostiliter percussere, usurarij notorij, haeretici post sententiam criminis declarationem c. Felici, de penis. in 6. Mol. to. 1. d. 138. Lel. l. 2. c. 19. dub. 4. Fill. tr. 3. q. 4. n. 157. S. v. Testamentum, num. 1. Dammati ad mortem naturalem, vel civilem, ut eiekti in exilium perpetuam. Dammati ob libellum famosum. Dammati ad perpetuum carcerem, testari non possunt nisi ad causas pias. Religiosi nisi ex summi praesulis concessione. Authent. 7. gr. ss. C. de Sacres. Ecclesis. Possunt tamen cum superioris licentia aliquid donare tempore mortis etiam per Schedulam scriptam, quia tota dispositio manet in libera voluntate superioris, nec est testamentum vel codicillus, quare id licitum est etiam Fratibus Minoribus, quia si res medica sit ut Praelatus licentiam possit dare donandi inter vivos, cur non etiam causa mortis? Manu to. 3. q. 99. Reg. q. 69. n. 2. & 3. Diana p. 5. tr. 3. resolut. 128.

Omnes lege non prohibiti institui possunt haereditas, & legatarij, unde infantes, amēte, slur- Qui possunt, di prodigi, & Religiosi (in cōmuni tamen) esse & non possunt haereditas. Impe autē prohibentur, ne haereditas sint haereditas, vel legatarij institui valeant haeretici, & apostates, vel le- statē credētes, haeretici, & receptatores, defēsores, gauiarij infantes, si intra annū nō penituerint, unde Ca- tholici possunt tales haereditas excludere, illi autē non

non tenentur restituere, quæ tali successione ac-
quiere ante sententiam Iudicis. C. Excommuni-
catus 1. §. credentes, de heret. præterea illi, qui
sunt intestabiles acti, ne propter delictum, sunt
etiam intestabiles passivi, hoc est, non possunt
heredes, vel legatarii institui. Clement. Exini
de verb. signifi. 1. Porro Fratres Mores de ob-
servantia, & Capucini non possunt heredes insti-
tuiti, ut ipsum acquirant ius ad bona immobi-
lia defuncti, & ad eius onera uti heredes tenean-
tur, potest tamen in eorum favorem hereditas re-
linqui, seu legatum, ut videtur per alios, & Fra-
tribus pretium tradatur, per hoc enim Fratres
nullum ius acquirunt, nec velut suam specia-
lem paupertatis voti rationem. Manu. p. 1. q. c. 1. 3. 2.
Possunt constitui heredes non solum privati, sed
etiam cõmunitates ut Ecclesia, Civitas, Oppidum,
Collegium, &c. Excipe civitatem hostiis, & Iudeorum
cõmunitatē, & collegia illicita, quæ scilicet pu-
blice auctoritate creata nō sunt, privata tamen
perione de collegio illicito possunt institui. l. i. C.
de sacros. Eccles. l. omnibus. ff. ad Trebellianum l.
collegi. C. de hered. l. Cum Senatus. ff. de reb. dub.

48.
De filiis
naturalib.
inter he-
reditatem
& legatū.

Filij naturales, qui scilicet nati sūt ē parētib.
inter quos conceptionis tempore, vel natiuitatis
poterat inesse matrimonium, possunt constitui he-
redes vniuersales à parentibus, si legitimā prole
non habeant, si pater habeat ascendentes, debe-
tur illis portio legitime iure Casaco. Auth. de
hered. ab intestato, licet hec lex pœtulerit in lo-
cis in vñ non sit. Si habeant nepotes natos ex
naturalibus vel spurcis, possunt etiam eos heredes
instituire. Ab intestato autē naturalis non succe-
dit nisi in sexta parte bonorum in duodecimā au-
tem potest succedere, si pares habeat legitimos
& testetur. l. si qua illustris. C. ad S. C. Orficianū.
Denique patri carenti prole legitima etiā intesta-
ta naturalis succedit ex asse, hoc est in tota he-
reditate: si verò habeat prole legitimā, cum illis
succedit ex quo Mol. 10. d. 166 Reginal. l. 2. §.
n. 6. 26. Sa. v. Hereditas. n. 1. & 7. Bonac. de contr.
d. 3. q. 17. pun. 3. n. 12. Couar. p. 2. c. 8. n. 15. §. 4. de
matrim.

49.
De filiis
spurcis.

Spurij verò, id est, qui nati sunt ē parentibus
inter quos tempore cõceptionis, vel partus erat
impedimentū dirimēs non possunt aliquid à pa-
tre accipere siue ex testamento, siue ab intestato,
siue ex contractu inter viros. Quia per leges fa-
cti sunt incapaces. Quod intelligendum est de
spurcis patris: nam si vxor habeat spurcum, is est
marito iuxta extraneus, & licet extraneo potest
illi relinquere. l. licet. C. de natural. liber. Couar.
de matr. c. 8. §. 5. n. 5. Fillinc. rr. 34. n. 16. 3. similiter
spurcus non potest succedere matri etiam si nula
proles alia supersit. Scio tamen, doctores proba-
biliter edocere, posse spurcum retinere ea, quæ
mater ipsi reliquit, donec per Iudicem ptiuerit
modo notabiliter legitimis filiis nō noceat. Spu-
ris tamen debentur alimenta, si est, ea quæ per-
tinent ad victum, vestitum, medicinam, habita-
tionem, &c. iuxta personæ qualitatem, si aliunde
non valeant sibi providere. Vnde pater quamvis
Sacerdos sit, potest filie spurcæ tradere dotē,
quia dos in locum alimenti succedit. Mol. 10. r.
d. 167. Sa. v. Hereditas. n. 7. & 16. & v. Testamē-
tum. n. 29. Fillinc. rr. 34. n. 165.

50.
Filiæ exhe-
redari non
possunt ob

Potest filia exheredari non potest, eo quod
contraxerit matrimonium invito patre, vel cum
indigno. Quia hoc videtur libertati matrimo-
nij repugnare. Si vero turpem vitam agat, ex
Job. & Mend. Theol. & Moral. Tom. V.

heredari potest. Sanchez de matr. l. 4. dub. 24. c. coniugum
Molina 10. d. 176. Couar. c. R. ymnia, de test. inuig. pa-
n. 2. 1. Reginal. l. 20. n. 37.

Ex iusta causa, & secluso scandalo, potest
pater saltem in foro conscientie, vni filio plus potest pa-
relinquere, quam alij, modo reliqui filij legi- ter vni fi-
tima portione non prinentur. Quia huiusmo- lio plus-
di bona sunt ipsius testatoris propria, & te- quæz alie-
stator habet iustam causam, ob quam plus ei relin-
vni, quam alteri relinquit Nauar. sum. c. 17. nu. quere.
159. Syluest. v. legitima. num. 3. Sa. v. Testamen-
tum. num. 27. Diana. de contr. p. 1. resol. 83.

Denique vltimarum voluntatum executores
possunt constitui omnes, qui iure non prohibi- De vlti-
bentur. Vnde Episcopi, vel Clerici, seu Sa- marum vo-
cerdotes faculares possunt constitui, licet luntatum
hoc munus eis olim fuisset interdctum c. Te exectore:
quidem 11. q. 1. & c. Episcopus, di 88. Quia qui possit
hæc tempore id eis permittum videtur, ut pa- qui non
ret ex l. Hereditas 53. ff. de petit. heredit. & possit hien
Tridentinum. ses. 12. c. 8. Item femina con- muerere
stitui potest testamenti executrix. l. A filio. ff. fungi.
de aliment. legat. Nullus autem Religiosus clau-
stralis potest esse executor testamenti seu ad
pias, seu ad profanas causas, nisi cum Prelati fa-
cultate, qui est immediatus Monasterij supe-
rior, nisi aliud ferat consuetudo, vel Reli-
gionis constitutiones. cap. secundo de testam.
in sexto Clement. vñc. eodem titulo. Ipsi ve-
rò ordinum superiores executores testamen-
torum esse non prohibentur nisi præcepto su-
perioris, aut constitutionibus, vel ordinis
consuetudine aliud caneatur. Quia facultati-
bus, quas prælati Monasterij subditis con-
cedere potest, ipsemet vti non prohibetur,
nisi à superiori ipsi interdctum, vel aliud
ordinis statuto sit dectetur. At si Regula-
ris extra claustra licite perpetuo degat, et
si alicui inferniat beneficio, abique superio-
ris licentia potest esse testamenti executor.
Quia factus est quasi sui iuris, vnde in eo
cessat prohibitionis ratio. Gloss. ad c. 2. de testam.
v. Religiosus Rodriguez 10. 3. q. 99. Regul. quæst. 70.
a. 1. Sanchez l. 6. Moral. c. 11. n. 5. Diana p. 8. rr. 5.
resol. 4. 7. 11. Certè si Religiosi claustrales testa-
menti executores fuerint, rationem reddere de-
bent locorum Ordinariis, à quibus etiam pu-
niri poterunt, si in executionis officio deliquis-
se reperiantur; quamuis alioqui à iurisdictione il-
lorum sint exempti, ut in Clement. citata præ-
scribitur. Lezana 10. 4. sum. v. Testamentum. Dia-
na vbi supr. resol. 36.

CAPVT VI.

De Codicillo.

CODICILLVS dicitur quasi parvus co-
dex, siue scriptura vltima aliquam
voluntatem continens absque hære-
dis directa institutione, & est quasi imperfe-
ctum testamentum ob duplicem causam. Pri-
ma, quia testamenti solemnitates non requirit,
quinque enim testes, etiam non rogati, & femi-
næ in Codicillo sufficiunt. Secunda, quia Co-
dicillo hereditas neq; dari, neq; adiri potest
seruifit præcipue Codicilli ad fideicommissa legata
relinquenda,
I 3

53.
Quid
Codicillus.

EL SCOBAR
Theos Mor.
Tom. VIII. VII.
E. IV
6

dam casu
hui non
obligatur
ex privilegio
iuris si
huius filia
familiæ
Ecclesiæ
minores.

utatur, ac minoribus. Vnde si filiusfamilias
abique patris consensu mutuum pecuniam ac-
ceperit, non tenetur in effectu ad restitutionem
nem; ne post mortem quidem patris, quia
potest opponere mutuatrici exceptionem Se-
nariensis Macedoniani, quo concessum
est ei, ut solvere non teneatur, Fillius. tr. 34. ca-
p. 10. questione sexta, & septima. Hæc au-
tem exceptio competit etiam filiusfamilias, &
parentibus tam filii quam filia, & hæredibus,
& si leuissimis eorum, l. 7. & 9. ff. de S. C.
Macedon. Ius autem hoc decreuit, ad præca-
uenda incommoda, quæ occasione mutui à fi-
liis, vel filiabusfamilias accepti suboriebantur,
filij enim ad persoluendam pecuniam mutuo
acceptam occasione mortem parentibus in-
ferendi accipiebant. Porro quamvis verbis hu-
ius privilegij solum videatur tolli civilis obli-
gatio, tamen etiam tollitur obligatio naturalis
(probabiliter satis) ita ut in conscientia foro
non teneatur inquam huiusmodi mutuum fi-
lius vel filiabusfamilias restituere, si lubeat hoc vi
privilegio, Molina de contract. d. 301. Lessius
l. 2. cap. 20. numer. 8. Sanch. de matr. l. 6. d. 39.
num. 3.

63
In multis
casibus fi-
liat, ac fi-
liabusfamilias
tenetur
mutuum
soluere.

Scio tamen, multos esse casus, in quibus filius
vel filiabusfamilias ad restitutionem accepti mu-
tui tenetur. Primus est, si habet bona castren-
sia, vel quasi. Secundus, quando accepit mu-
tuum inusu, vel consensu patris. Tertius, si pecu-
nia in patris cessione voluitatem. Quartus, quando
accepit mutuo pecuniam, ad ea quæ infirmen-
da erat pecunia à patre, ut si filius absens stu-
diorum causa mutuum necessarium, ut victi-
ter, & ut libros necessarios emat, accipiat.
Quintus, si publice filius sui iuris esse putaba-
tur. Sextus, si filius inuit se soluturum. In hoc
tamen casu potest filius, qui inuit, à Præ-
lato iuramenti relaxationem obtinere, quia in
fraudem legis oppositum est, & alias lex facile
inutilis redderetur. Imo si filius post acceptam
mutuo pecuniam, patre vivente privilegio Ma-
cedoniano renuntiaret, adhuc non teneretur
soluere. Quia hoc privilegium videtur princi-
paliter concessum in fauorem parentum nullus
autem cedere potest privilegio in alterius fa-
uorem concessio, Gomez. tomo secundo capite
sexto numero secundo Bonac. de contr. d. 3. q. 3.
puncto primo numero 7. & 8. Lessius l. 2. c. 20.
n. 9. & 11.

64
Quando
Ecclesia
vel pius
locus, vel
pius
ad reddi-
tione mu-
tuo teneat-
ur.

Quando aliquid mutuo traditum est Eccle-
siae, vel hospitali, vel oppido, Ecclesia, locus pius,
vel oppidum non tenetur ad restitutionem, nisi
mutuans probet pecuniam mutuatrici conuer-
tam fuisse in Ecclesiam, loci pii, vel oppidi utili-
tatem, l. ciuitas, ff. si certum, Authent. Hoc ius
pæreptum, de Sacros. Eccles. libro primo C. de
solutionibus, Molina de contract. d. 300. Rebel.
l. 2. cap. 20. numero 15. 16. & 17. Fill.
tractat. 34. capite 10. questione 10. Gomez. to. 2. c. 14.
num. 2.

65
Obligatio
reddendi
mutuum,
quod tutor
vel curator
nomine pu-
pili, vel

Si nomine pupilli tutor, vel minoris nomi-
ne curator mutuum acceperit, non tenetur pu-
pillus aut minor postea etiam maior factus
soluere, nisi creditor probat, id in eius utili-
tatem esse concessum. Datur tamen actio ad-
uersus illum, qui mutuum accepit alterius no-
mine, potest enim cogi ad seruandum indem-
nem eum, qui pecuniam tradidit. Imo si minor

mutuum acceperit, & inde se laesum depre-
henderit, quia pecuniam inutiliter contum-
psit, potest petere restitutionem in integrum,
ut non teneatur, nisi quatenus inde factus est
locopletior, Molina de contr. d. 300. Rebel. l.
8. questione prim. sect. 3. Lessius l. 2. capite 20.
numero 15. 16. & 17. Filiacijs tractat. 34.
capite 10. questione 10. Gomez. tomo secundo
capite 14. numero secundo.



CAPVT VIII.

De Vsurâ.



SYRA est lucrum immediatè ex mu-
tuo proueniens. Lucrum vocatur ac-
quisitio rei supra sortem pecunia æ-
stimabilis, & alias indebitæ, vnde si mutuum
tibi mille, ut reddas depositum, non erit vsu-
ra. Dicitur, immediatè, quia debet hoc lucrum
ex vi pacti mutationis prouenire, si enim
immediatè proueniat ex amicitia, vel gratitu-
dine, vel ex spe alliciendi mutuante ad con-
tinuandum mutuum, vsura non erit. Additur,
ex mutuo proueniens, nam si vendas rem tuam
ultra iustum pretium, lucris quidem, sed hoc
lucrum non est vsura, quia prouenit non ex vi
mutui, sed ex iniqua venditione, Molina de
contr. tractat. secund. d. 303. Valent. 2. 2. d. 5. q.
5. pun. 21. Lessius libro secund. cap. 20. dub. 3.
Rayman. libro tertio tractat. 4. cap. 16. numero
1. & 2.

Ad vsuræ rationem quinque requiro. Pri-
mum, ut adsit mutuum, cuius communissima
materia est res vsu consumptibilis. Secundum,
lucrum ultra sortem seu summam capitalem,
ita scilicet, ut mutuant, ultra summam, quam
mutuauit, accipiat aliquid, quod antea suum
non erat. Tertium, ut lucrum illud sit res pre-
tio æstimabilis, vnde non foret vsurarius, qui
ex mutuo speraret, vel intenderet amicitiam,
vel quid simile, quod non aliolet pretio æstima-
ri. Quartum, ut hoc lucrum ex vi mutui prou-
eniat, hoc est, ratione mutationis. Quintum,
ut lucrum intendatur principaliter ex mutuo,
iuxta nonnullorum sententiam, de quo sect. 2.
Syluest. v. Mutuum. Nauart. sum. capite 17.
numero 206. Sotus libro sexto de iust. questio.
1. articulo primo Institut. libro tertio titul. 15.
Caiet. v. Vsurâ Mol. tract. 2. d. 303. Sylu. 2. 2. q.
78. d. 1.

Vsurâ alia est formalis, & aperta, quæ scilicet
committeretur in mutuo formali, cum quis de
lucro expresse vel tacite paciscitur. Alia vir-
tualis, & palliata, quæ quidem latet in alio
contractu, ut cum venditur mercès credito ma-
iori pretio, prima facie videtur esse contractus
emptio, & venditionis, & solum esse exce-
ssus pretij, virtualiter tamen est mutuum cum
vsura, idem enim est, ac si statim numerata
pecunia fuisset mercès vendita iusto pretio,
& deinde propter mutuum eiusdem pecuniæ
vsque ad tempus dilate solutionis ille iusti
pretij excessus acciperetur. Præterea alia vsu-
ra est realis, & externa, alia mentalis, & interna.

66
Vsurâ de
finitio.

66
Vsurâ de
finitio.

67
Ad vsuræ
rationem
quinque re-
quiruntur 2

68
Vsurâ alia
aperta alia
palliata,
alia exte-
na, alia in-
terna.

104 Theologiae Moralis Lib XXXVIII.

Realis contingit, quando interuenit pactum saltem implicitum reddendi aliquid supra sortē. Mentalis est, quando nullum adest pactum, sed mutans dat eo animo, & intentione, vt ex mutuo lucrum acquirat. Tolet. *l. quinto cap. 29.* Sylui. *2. 2. q. 78. a. 1. & 2.* Nanar. *sum. c. 17. num. 206.* Filiuc. *tr. 34. c. 2. q. 1. & 2.*

69
*Vjura est iure positi-
no diuino
ac humano
imo natu-
rali probi-
bita.*

Profecto vsura non solum iure positio diuino, vel humano; sed etiam naturalilicita est: imo hæreseos erit reus, qui dixerit vsuram non esse peccatum, vt definitur in Concilio Vienne-
nensi, ex pluribus Sacre Paginæ locis colligitur. Quod si alicubi vsurarij permittantur, per-
mittuntur & meretricia. Nan. *sum. c. 17. n. 207.* Valer. *to. 3. d. 5. q. 2. p. 1.* Azor. *p. 3. l. 5. c. 2.* Mol. *d. 304.* Filiuc. *tr. 34. c. 1. q. 5.* Calpens. *tr. 19. d. 3. sect. 1.*

70
*Regule,
quibus
vsurarius
animus
ualeat ag-
nosci.*

Vt vero animus vsurarius possit agnosci, qua-
tuor regulas indico. Primâ, si mutuator sperant,
vel accipit lucrum ex liberalitate, & gratitudine
tâmodo mutuatarij, libiq; periuadet, eo animo
mutuatarium dedisse, vsurarius non est. Secun-
dam, si mutuator intendit, vel accipit tanquam
pretium ex mutuo, vsura est reus. Tertiam,
si mutuator dubitat de animo mutuatarij, an
scilicet dederit ex liberalitate, an ex obliga-
tione, tanquam pretium, vsuram committit;
quia vel uoluit exercere iniusticiam, vel se illius
exercendæ periculo expoluit. Quartam, quando
non constat de dantis animo documentum de-
sume ex ipsius tradentis qualitate, nam si tra-
dens sponte sua abique præmio pacto hilari ani-
mo exhibeat, cum alioquin sit gratus & libe-
ralis: præsumendus est liberaliter tradere Lessi.
l. 2. c. 20. dnb. 6. Conas. *ad reg. Peccatum. p. 2.*
n. 4. Caiet. *opus. 10. 2. opus. 8. q. 3.* Bonac. *de contr.*
d. 3. q. 3. p. 2. n. 1. Filiuc. *tr. 34. n. 27.*

71
*Plures ca-
sus in quib.
mutuum
vsurarium
est.*

Ex præmissis autem facile iam edices, quod-
nam mutuum sit vsurarium, quodnam libe-
rum sit ab vsura. Certe vsurarium est pactum
de obtinendo a mutuatario (vel eius opera)
officio aliquo. Molina *tr. 2. d. 3. 10.* Cardin. Lugo
de inst. d. 2. 5. sect. 3. Et pactum, vt à mutuatario
Ecclesiasticum beneficium conferatur. Quia
cogitur is nonnullis onus ob mutuum subire. Trul-
lent. *Decal. l. 7. c. 19. dnb. 7.* Et mutuate frumen-
tum vetus cum obligatione, vt restitatur no-
uum (præsertim certo tempore) si mutans sciat
nouum fore melius ac maioris pretij. Trull. *de-
cal. dnb. 15. n. 11.* Et si des mutuum, vt postea mu-
tuatarius ex debito censu tibi obligetur rursus
mutuari, aut vendere, vel apud te in tua officina
emere merces, aut operas suas locare. Quia talis
obligatio est pretio estimabilis, cum prius mu-
tuatarium potestate alibi emendi, ac operas
locandi Lessi. *l. secund. c. 20. dnb. 3.* Lugo *de inst.*
d. 2. 5. num. 46. Laym. *l. 3. tr. 4. c. 16. num. 3.* Et mu-
tuare Principi, vel Reipublicæ, eo pacto, vt inte-
rim, dum soluitur, sis liber à tributo, vel oneribus
institis solvendis. Lugo *num. 64.* Et mutuate ea
lege, vt mutuatarius eam pecuniam exigat à mu-
tuantis debitore, à quo non facile extorsit
Quia specialis illa molestia in exquirenda pec-
unia pretio est estimabilis. Attamen si sponte
onus illud suscipiat eo, quod facile possit obti-
nere, non erit vsura. Lugo *ibidem.* Et si frumen-
tum, quod alibi habes, des mutuum, obligando,
vt tibi reddatur hic, vel alibi (cum maioribus
sumptibus vel laboribus) ubi plus ualeat. Lugo
ubi sup. Et si obliges mutuatarium, vt partē mu-

tui accipiat in mercibus, quibus non indiget.
Lugo *citatus.*

Iam verò vsura non est, si mutans nihil
intendat vt pretium, sed tantum speret ali-
quid ex gratitudine, & ea intentione aliquid
illi donec, licet illud vt finem principalem
intendat. Molina *tom. secund. d. 305. num. 6.* Lu-
go *de inst. d. 2. 5.* Attamen si intelligeret, sibi
aliquid donatum non gratis, vt putabat, sed vt
debitum ratione mutui, teneretur restituere,
quantum inde ditior euasisset. Sâ *de vsura* Lugo
d. 2. 5. sect. 3. Nec dare mutuum, alterius ami-
citiae captandæ causa, atque vltius inde spe-
rare officium. Quia amicitia pretio non estimat-
tur. Lugo *ibidem.* Nec cum quis non potens sua
recuperare, mutuat, vt sua sibi reddatur, vel
ne sibi iniuste noceatur. Quia hæc iure iam an-
te debentur, unde non facit lucrum, nec obli-
gationem nouam imponit. Bonac. *de contr. d. 3.*
q. 3. p. 2. n. 15. ex Azor. & Reginal. Nec exige-
re aliquid ratione periculi recuperationis, dif-
ficultatum, vel expensarum, quæ erunt, vel
in euentum in recuperanda sorte. Quia pretio
æstimari potest, quod quis sese in tale peri-
culum, & difficultatem immittat. Coninch.
Decal. l. 7. d. 3. q. 3. p. 2. n. 5. Necesse tamen esse, vt
periculum illud deducatur in pactum expresse
vel tacite docet Laym. *l. 3. tr. 4. c. 16. n. 9.* ex Me-
din. Valent. Molina, Lessi. Nec si timens diffi-
cultatem, aut fraudem mutuatarij in reddendo
constituto tempore, paciscaris, vt si tunc non
soluat, aliquid det vltra capitali loco pœnæ:
quæ pœna licite exigetur, dummodo non
fiat alia intentione, quam vt mutuatarius sic
quasi confringatur, ne sua culpa solueret non va-
leat, non licebit pœnam exigere. Toletus *l. 5. c.*
32. addens, manifestum esse argumentum
præuentionis, si exspectas, non solu-
tibi praxio tempore, vt pœnam recipias: ac sim-
pliciter vsuram fore, si certo sciens alterum
non valiturum solvere, adhuc cum tali onere
pœna. Bonac. *de controuers. d. 3. q. 3. p. 2. n. 7.*
Molina *tom. secund. disput. 3. 17.* Lessi. *l. 2. c. 20.*
dnbio 15.

Nec pacisci, & accipere aliquid ratione dam-
ni emergentis, (si quidem mutuum verè illius
causa sit) vel lucri cessantis, vel cessaturi: dū-
modo de hoc mutuatarius moneatur. Vt si vo-
lebas domum reficere, aut poteras nunc commo-
do tempore emere triticum: priuando autem te
tua pecunia, in dando mutuo, domus corruit, &
postea carius triticum emes. Porro in hoc titu-
lo lucri cessantis supponendum imprimis, quod
verè volueris cum ea pecunia negotiari, & alia
non habebas. Deinde quod malis negotiando,
aliterve lucrari, quam sic mutuando, ita vt mu-
tues tantum in mutuatarij gratiam. Denique vt
minus exigas, quam lucrari poteras, & de-
ductis expensis. Quia lucrum cessans non est
actu, sed in potentia, & variis adhuc euen-
tibus obnoxium. Vnde ad arbitrium prudentis
viri pro maiori eius certitudine, id poteris
æstimare, & sic cum mutuatario de eo pacisci.
Molina *tom. secundo disp. 3. 14.* Salas *de vsur du-
bitat. 18.* Lugo *de inst. disp. 2. 5. sectio. sexta* Bo-
nacin. *de controuers. disp. 3. q. 3. p. 2. n. 4.* Quare
qui non habuit animum negotiandi, vel si non
erant, nec breui sperabantur merces, vel non
erat moraliter certus de lucro: nihil potest
vltra

72
*Plures ca-
sus in quib.
mutuum non
est vsura-
rium.*

73
*Liberat ab
vsura in-
crum ces-
sans aut
damnum
emergens.*

ultra sortem accipere. Quia huiusmodi mutua-
tio verè non sine causa lucris cessantis. Eadem
ex causa ultra est, si mercatores credito vendē-
tes aliquid ultra pretii rigorosum accipiant ti-
tulo lucris cessantis, verbi gratia, rem solum mo-
do valentem centum, vendant pro centum, &
quingenta numerandis post annum. Quia
vendendo ad creditum (quod est virtualis
mutuatio) plures habent emptores, plures-
que res vendunt, & sic lucrum cessans com-
pensatur, unde illud non cessat huius causa
venditionis, Trullench. Decalog. lib. 7. capit. 19.
dub. 9.

74 Quid in mutuo pecuniario (nisi aliter con-
veniam sit) si quis det mutuos centum
aureos, non potest exigere plus quam eorum
valor tunc fuerit. Unde si valor eorum augea-
tur, non potest repetere centum aureos; quia
reciperet aliquid supra sortem. Si vero decre-
scat, debet mutuatarius reddere plus quam cen-
tum, quia alias ad aequalitatem non restituere-
ret, Lessius l. 2. c. 20. dub. 8. Laym. l. 3. tr. 4. c. 16.
num. 15.

75 In mutuo autem aliarum rerum, ut vini,
triticii, olei, &c. aliter se res habet, quia si quis,
verb. grat. mutuet alteri centum modios tri-
ticii, siue pretium creseat, siue non, potest
centum repetere. Ratio differentia est, quia
pecunia non spectatur ordinariè (nisi aliter
conveniam sit ob certas licitas causas) nisi
valor, siue pretium, unde non debet resti-
tui pretium aequale. At vero in frumento,
&c. spectatur ipsa materia, quia non petitur
mutuum frumenti propter pretium frumenti,
sed propter ipsum corpus, & substantiam: Er-
go etsi creseat pretium illius potest repetere
tot mensuras, quot dedit mutuo. Scio tamen
quosdam Doctores de his rebus eodem modo
loqui, quo de moneta, Layman. l. 3. tr. 4. c.
capit. 16. numero 14. Bonac. de contr. d. 3. q. 3.
p. 3.

76 Quenam demum sit usurarij, & cooperan-
tium poena, si requitas, respondeo, usurarium,
etiam non manifestum, eiusque hæredes ad
restitutionem teneri, atque etiam eos omnes,
qui ex parte usurarij cooperantur efficaciter,
verb. grat. Iudices, domini temporales nota-
rij, famuli, aduocati, qui quoniam modo iuvant,
vel cogunt mutuatarios, ad soluendum usuras.
Dixi possunt, & efficaciter, quia habendo se
negativè possunt usurarios permittere ob ius-
tam causam, & pauperem necessitatem. Præter-
ea in praxi ex præsumpta voluntate mutua-
tarij fieri minus principales, famuli scilicet ex-
citantur. Usurarius publicus siue notorius non
debet admitti ad communionem Altaris, nec
absolvi, donec usuras restituat, nec in loco sa-
cro sepeliri, & qui scienter sepelit, ipso facto
est excommunicatus. Eius denique testamen-
tum est irritum, nisi ante mortem
restituere. Laym. l. 3. tr. 4. c. 16.
n. 21. Trull. Decal. 7. c. 9.
dubitat. 22.
* *



CAPVT IX.

De Monte Pietatis.

Mons pietatis est summa pecunia vel
alterius rei mutabilis, deputata, ad pietatis do-
subueniendum per mutuum pauperum
necessitatibus. Ibi quidem montes quinque
conditionibus constituentur. Prima, ut ex illis
detur mutuum ad certam summam pauperi-
bus, non autem diuitibus. Secunda, ut certum
tempus, verb. grat. ad annum vel paulò amplius
est permittitur. Tertia, ut mutuatarij dent pi-
gnus idoneum. Quarta ut singulis mensibus
aliquid minutum solvant pro sumptibus ne-
cessarijs ad montis conseruationem, ut pro mi-
nistrorum stipendio, qui montem custodiunt,
& administrant, semperque parati esse debent
ad mutuandam, ac pignora suscipienda custo-
dienda, reddenda, pro conductione domus, pro
rationum libris reliquisque necessarijs instru-
mentis. Quinta, si contingat mutuatarios non
soluere termino præfixo, pignus vendatur sub
hasta, ut ex pretio eius monti, & eius ministris
satisfiat, quod vero superest Domino pignoris
restituatur, Filliuc. tr. 34. p. 2. n. 165. Bonac. de
contr. d. 3. q. 3. p. 12. Sylu. 2. 2. q. 78. d. 4. q. 1.
conclus. 1. Lessius libro secundo c. 20. dub. 23. nu.
190. Tolet. l. 5. c. 38.

Ratio autè, cur hi montes liciti sunt, est: Quia
nihil à mutuatarijs exigitur mutationi, ratio-
ne, sed solum pro ratione expensarum, quæ ne-
cessariæ sunt ad montis conseruationem, & ad-
ministrationem, atque licitum est aliquid pro
his expensis exigere, ergo quod in his monti-
bus datur, iuste recipitur, & nulla equitas po-
stulat, ut quis cum damno suo mutuet tantum
igitur potest exigere, quantum necessarium est
ad damnum vitandum. Addo, Concilium Late-
ranense hocce approbare montes, dum Leo X.
ait. Declaramus, & definimus, Montes pietatis,
in quibus pro eorum impensis, & indemnitate
aliquid moderatum ad solas ministrorum impen-
sas, & aliarum rerum ad eorum conseruationem
pertinentium pro eorum indemnitate duntaxat
ultra sortem absque lucro eorundem montium
recipiunt, nec mali speciem præferre, nec illo pa-
cto improbari. Reginal. l. 2. n. 207. azor. p. 3.
cap. octauo Lessius l. 2. c. 20. num. 191. Filliucius
tr. 34. n. 167. Medin. de usur. q. 10. & alij com-
muniter.

79 Priuatus quisque potest montem instituere,
etiam si pecuniam illam sub onere alicuius
census accepisset, & exigere à mutuatarijs, quisque po-
quantum opus est; ut se indemnem præstet, rest montem
etiam si octo vel decem in centum ab illis
elsent solpenda. Quia negotium mutuatarij
mons utiliter gerit, cum aliàs maiori sum-
ptu fortasse deberet mutuum accipere. Les-
sius libro secundo capite 20. numero 194. Sa-
las de usur. dub. 33. numer. 3. & 10. Mol. sumo 2.
d. 325.

Deponentes pecuniam apud montem pieta-
tis

EL SCORAR
Theok Mar.
Tom. VII. VII
E. IV
6

Deponentes pecuniam apud montem non possunt aliquid ultra sortem accipere, secundo lucro cessante, vel damno emergente, si enim recipiant erit usura. Quia inter montem, & tradentes pecuniam non potest esse alius contractus, quam depositi sui mutui, nam deponens pecuniam, dando facultatem depositario, ut illa utatur censetur mutare ratione autem mutui non potest aliquid recipi, cum hoc sit contra preceptum naturale; & diuinum, neque etiam ratione depositi, quia contractus depositi debet esse gratuitus. Nauarra libro 5. conf. de usur. conf. 17. Filiucius tractat. 34. part. secund. num. 177. & 178. Azor. 10 postunt. part. tertia lib. quinto. cap. 9. questione 5.

Ex indul. Stat. 34. part. secund. num. 177. & 178. Azor. 10 postunt. part. tertia lib. quinto. cap. 9. questione 5. Scio tamen ex Pontificum immoritur indulto pluribus in locis oppositum esse in usu, nam deponentes apud Montes pietatis pecunias tuta conscientia quatuor vel quinque pro centum ultra sortem annuatim recipiunt. Concessit Paulus III. Conseruatoribus, ac praesentibus monti pietatis Ferrariae per Bullam, quae incipit, *Charitatis opera*, die 10. Iulij anno 1549. Vbi derogat consuet. in contrarium, etiam Concilij Lateran. Propterea huiusmodi indulto stante licitum est percipere illa quatuor, vel quinque pro centum ex pecunijs, quae supra montibus huiusce collocantur, quia censentur dari ex liberalitate, & gratitudine montis, qui mutuum recipit, ut hoc pacto alij alliciantur ad tradendam pecuniam, & pauperibus subueniatur. Bonac. de contract. d. 3. q. 3. puncto 12. numero 9.

81 Porro titulos, ob quos lucrum iustum euadit ex depositis supra montem pecunijs exhibeo. Tituli ob quos lucrum euadit iustum ex depositis sunt egi subleuari. Secundus, ratione obligationis, quam in se suscipit mutandi pauperibus pro tanta summa. Nam cum ad communiter spectet, quantum fieri potest, egeros subleuare, ut habeat promptam pecuniam, unde hoc prestare valeat, contrahit cum hoc, & illo, ut se obliget pro aliqua pecuniae quantitate, ad mutuum pauperibus, & pro tali obligatione tot pro centum soluit. Cum autem omnis obligatio sit pretio aestimabilis, potest quoque annuatim aliquod pretium iuste accipi. Sotus libro 6. de instit. questione prim. articulo secund. Molina de contr. d. 308. num. 4. Tertius titulus iustus est, si pecunia non censetur mutuari, sed accommodari, ita ut transeat in locatum.

Quod fieri potest, accedente declaratione Principis, & exigente bono publico. Quartus, si sit intuitu translationis dominij, & priuationis eiusdem, non autem mutui respectu. Omne enim Dominium rei vtilis, qualis praesertim est pecunia, est pretio aestimabile, sicut etiam priuatio eiusdem rei vtilis, unde cum quis se priuat facultate, ac potentia conuertendi pecuniam in obuios usus lucratiuos, ut esset cambium, mercatura, aut rei fructifera emptio potest percipere lucrum, quod posset habere, Med. de rest. q. 32. Diana p. 5. tr. 13. ref. 10. Petr. Ledef. summa part. secund. tractat. 8. cap. 35. conclus. quart.

82 Mons vero pietatis potest exigere à mutuatariis non solum, quod necessarium est pro expensis ministrorum, sed etiam pro soluendis pensionibus, seu censibus, aut quocumque alio titulo pecunijs debitis depositanti. Quia licet potest mons se seruare indemnem, dum mutuatatur, exigendo à mutuatariis, quidquid ipse soluere tenetur intuitu illius commodi, quod paratum habet pro mutuatariis, praesertim cum non negotium proprium sed ipsorum gerat. Bonac. de contract. d. 3. qu. 3. puncto 12. num. 30. Azor. tam. 3. l. 5. c. 9. q. 2. Reginald. l. 25. nu. 209. Pasqualig. decis. mor. 186. Imo secundum Lefsum in append. de monte piet. q. 2. potest etiam exigere, quod necessarium est pro paranda, ac instruenda domo, in qua conseruentur, quae ad montem pertinent, quia habere domum cum omni apparatu necessario, pertinet ad montis conseruationem.

83 Mons potest exigere expensas pro ministris, quas exigit à ceteris, etiam ab iis, qui dant pignora, quae labore, ac cura non indigent, ut sunt vasa aurea, & argentea. Quia quod exigitur à mutuatariis non est intuitu conseruandi, pignora, sed pro montis conseruatione, & expensis, quos facit. Lef. l. 2. c. 20. dub. 23. nu. 194. Salas de usur. dub. 33. m. 8. Salon. to. 2. de inst. q. 78. a. 2. contr. 27.

84 Demum mons non potest aliquid accipere à mutuatariis in sui ipsius augmentum. Quia si aliquid exigeret supra expensas, ratione mutui exigeret, unde committeret usuram. Medin. de usur. q. 10. Arag. 2. 2. q. 77. a. 4. Non autem improbarium Villalob. sententiam p. 2. sum. tr. 22. diff. 14. a. 1. serentis, posse montem, augmentum capere ex mutuo, si omnes inter se conueniant, ut qui mutuum accipit aliquid tribuat per modum donationis ad montis augmentum.